

tu diaboli, sine iudicio iudicij prævaricantur sententia. Clamat tenor legis, cæterum cum iudicij præiudicio non est ius. Ne sit tempestas velum rationis in navigatione politica contrahendum: torquentur etiam iudicium, rationalis gubernaculum: igitur periculum summersionis, ni iuxta ventum flantem moveatur navis. Necessè est dialæctos nostras regerere: *Et cosa del diablo, y peligro de irse à piques no navegare con el viento que corre.* Comoda recitidinem declinant iuris.

Virgil t. Georg. N. 131.

14 In Didascaliz propositum flectatur calamus. Super templi pinnaculum in vanitatis ostentationem, & mundi festivi demonstrandam celsitudinem, diabolus assumit suos, non ut maneretur, sed ut plectat affectus. Dolo tollit & extollit, dum in mundi felicitatem assumit. Dolo igitur dum gaudia exponit, voluptates pingit, elevat vasè & in dolum; quippe incaute assumptos elevat in præcipitium. *Mitte te hinc deorsum.* Quid est *Hinc?* Haud alium apertum habere poterat, quem diabolus in superiora veterator assumpterat. Ex culmine à Deo electus, potest evolare in Empyrium: haud qui assumptus astu dæmonum, ductus elevatione in furorè, agens iuxta voluptatem, *Hinc* tantum descendens est: equidem qui ita assumitur; ita in præcipitium ab electoribus datur. Dispositionem igitur lapsus dicit assumptionis situs. *Super pinnaculum templi.* In Tritone ad indicem gloriæ mundi: igitur cum plena sit vanitatis, futilis ostentationis; haud aliud vividius quibat eligere symbolum: præter indicem ventorum. Ventus motus aer est: ex hoc gloria mundi fit: & propriè confertur vento, aëri impulsio, dum coruscet vanitatis ostentatio: quia gloria mundi mota sicut aer agitatur, & sicut aer, quamvis mota non videtur. Unde ergo nisi fatuis illicium cordis, quæ non visibiles: Index patet præstigiatur, in allucinationem oculorum: equidem si in culminis ala indicatur mundi gloria, & in illa videtur frequenter aëris motus & motus; pompa mundi & ostentatio dumtaxat ventus & ventus. Instat vitri splendoris afficit claritas, verum à fatuo non videtur fragilitas: dum splendet, frangitur: crepat, dum premititur: cum usu profectò fragile, & sine usu videns prorsum inutile. Amplexus sæculi ad ficta bona, sunt vincula: mu-

Iuc. 4. 9.

Cur aeri, ventoque finitiam, tur gloria mundi

nus libertatis, compedes metus stabilis, firmitas volabilis, totus mundus mendacium cum ornatu veritatis, atque larva entitatis apparentis. *Vincula huius sæculi appetentem habent: veram, incunctitatem falsam: certam dolorem, incertam voluptatem; durum laborem, timidam quietem: rem plenam miseria, spem beatitudinis inanem:* inquit Aug. *Epist. 39.* & Paulinus apud eundem *Epist. 26.*

*Blandum nomen Honor, mala servitus, exitus ager.*

*Quem nunc velle iuvat, mox voluisse piget.*

15 Ratio in ipso textu. Diabolus assumptum fulsit in altum; sed iusis miti deorsum. Miraculum verutè intruxit in gloriæ vanissimæ ostentationem, quod distulavit Christus allucinans dæmonem, dum vel sursum spectantibus se exhiberet invisibilem. Ita imperfectus hic, *Honil. 5.* Dæmon prodigium (dum præcipitium, enixe sollicitabat) ostentare circumstantibus cupiebat; quippe prodigium & insigne, hominem videre suspensum in aère, vel stare in apice, seu cacumine aleutæ, & dum ita diabolicè elatum statuit, in præcipitium blandiminibus urget; ut homo cognoscat ruinam, dum à dæmone ducitur in mundi apparentem gloriam: etenim quod astu floridè exponit tamquam miraculum & lubricum, ut præeps ruat usque in barathri profundum. Perproptèr Ethnicus deprompsit incogitatum ruinam, fingens Fortunam *Viscatam*; de qua fusè in *Ephemerid.* vità comite. *Fortune Viscate ades, quòd procul ab ea captiamur & adharescamus:* inquit Plutarch. *Rom. 99. 73.* Budæus apud Gyraldum, *Synib. 9. 16. n. 9.* *Hixenteriam, sive Viscatricem* vocat. Haud quia attrahit, sed quia volantes, visco implicatos allidit. *Favos, indoctos & inertes Fortuna, quando paululum ab ea sublasi opibus, bonoribus, imperijs, in sublime advolarunt; mox præcipites ferri ostendit:* subdit Plutarch. libell. *Ad Princip. indoctum, in fin. Venusta prorsus figura, dum avidis vanitatis mundi fallacis insidiatur gloria: igitur idem est, ad huiusmodi picturatum fortunam pennis dæmonis volare: ac visco latente subdolo, sine adiutorio corruere.*

16 Dicit Iobus sub persona peccatoris, de proditioe mendacis mundi querentis. *Matatus es mihi in crudelè, & in duritia manus tua adversari mihi: elevasti me & quasi super ventum ponens, allidisti me validè.* Floridè Mellius Soufa hic, iucinat:

Qua mo. ista riu. 2. aubal

August.

Quod ostenditur miraculum, est præcipitium.

Fortuna cur i. viscata

Plutarch.

Budæus

Plutarch.

Terent. d. v. 44.

Iob. 10. 22.

Ei

*Et mea fors felix quondam, velut umbra recessit:*

Soufa.

*Ab stultis, ut cineres ingenti turbine ventus. Heu mi! Quondam celsum tua dextra levavit*

*Me super instabiles (ventorum flamina) sedes.*

*Maior ut in præceptis casus me lederet actum.*

Pl. 77. 27.

Quis diabolus in felicitatem assumit, lapsus perceli.

Pl. 16. 20.

Benavid.

Terent. d. v. 44.

Patet aridens, ut volarent, fortuna, verum viscata. Nesciebant insidias, qui quærebant alas in vanitatis illecebras. *Volatilia pennata* dicuntur in Scriptura: disfluentes post vana (qui frequenter improbi, à diabolo facti & facti, in fortunam dolo assumpti, & illa abutentes in oppressionem virtutis, & insolenti tyrannidinis, quasi immortalis esset caduca prosperitas, sicut illorum malignitas) sunt in sæculo pennata, sed minime volatilia; quippe in imperia, honores, opes & felicitates, ut cupiditas ex abrupto advolaret, pennas dæmon præstigiatur præstitit. Alliciebat fortuna, sed ab asistente diabolo struebatur tutela: equidem cum diabolus in cacumen prosperæ fortis, mundanæ felicitatis assumeret, ut ultra usque in fortunam irritantem cupiditas perveniret; inventi sunt usque in infernum præcipites, qui gloriabantur volantes: etenim visco fortunæ alis implicitis cum non possent subsistere; necessarium erat, usque in inferiora labi. *Inimici Domini mox ut honorificati fuerint & exaltati, deficientes quemadmodum fumus;* ex quo nihil nisi stercus: igitur cum per aëra volarent, & ascititas dæmonis alas haberent; ipsi elevatione invenerunt irrevocabilem casum; quippe fortunæ terigere viscum. Signavit Iuvenalis, *Satyr. 10.* à 104. & Benavidius, lib. 2. *Epigram. 78.*

*Emine impulsu quo graviore ruat.*

17 Perfereremur. Mundus ambientem eius fortunam super ventos elevavit: & allidit? utique. Videtur multis fallacem omnibus, sibi non fore; quasi ulla gauderet fide; illeque veritate potius fallit: nonnumquam sicut ille alius veterator dicit:

*Hic me huiusmodi sciebat esse. Fefellit: Ego nibilo sum aliter, ac fui.*

Est quod fuit, & fuit quod erit, secum habens viscatae felicitatem in mediatum discrimen. Nemo hominum potest volare, & in aère sine pennis subsistere. Dæmon pravis cogitationibus alas confert, & super ventum constituit, ut avidè optaram, mundi amplexetur fortunam; cuius visco

inherent ale: uade necessarium impetè & validè allidi; quoniam præcipitium sequitur, quodcumque grave super ventum collocatur. Demona felicator super ventum elevavit, sed è vento præcipitem misit. Haud homo experiretur ruinam, ni amplecti veller fortunam, cuium glutine magis excussit, complicitur pennæ: hincque præcipites corruunt, qui stupidi vanitate super ventos elevantur; etenim cum nihil ponderis possit subsistere in aère; ex nubibus aëris in orcum expelluntur gravj corde. Dolosus utique qui ex cum excelsa turris in fastigium elevat; ut inde in saxa deiciat. Homòne allisione respicit? Noluit intelligere, ut benè ageret: iteratque etiam collisus propositum, quippe dolor ex lapsu surripit sensum: caduque patienti ignotus, quoniam vivit fascinatione insensatus, quin cognoscat vel in pena gaudia mundi, mundi gaudia, nec rationis restitidinem ob fastilem vanitatem. *Ovven. 1. Epigr. 49.*

*In mundo nil constat, in orbem vertitur orbis:*

*Quid mirum, velli quòd sit in orbe nihil?*

DIDASCALIA VIII.

*Nihil equè amarum, quàm diu pendere.*

1 **U**T inquit Seneca, 2. *Benef. cap. 5.* Ensis enim in cervicem cogitationi sicut Democli, suspenditur, ubi exitus expectatur: gliscitque cordis afflictio, & intabescit animus; quia numquam exitus. Unde verum: *Satius esse semel cadere, quàm saepe aut semper pendere;* ut altè idem, *Epist. 22.* & Tertullianus de *Patient. cap. 1.* *Bonorum, sicut & malorum (inquit) intolerabilis magnitudo est.* Pater tormentum in osticatione iudicium pro expeditione causarum.

*Ensi & iniqui:*

*Ait Ovven. lib. 1. Epigram. 131.* etenim si bona, cunctatione mala causa: si mala, iam pessima: quoniam semper molestem, expectatio vel bonorum vel malorum: semperque in gravamen vel cum palma sententia iudicis, per morulas decisionis: quapropter semel eligitur cadere, quàm diu inter cogitationes malorum fatè etiam bonorum, pendere. Hæchtanus, *Microscop. Emblem. 19.*

Totum pondus gloria mundi calcicatur in aère

Homo quare cogitavit, & nescit.

Ovven.

Seneca

Tertull.

Ovven.]

Indicium tur. ratio prior list. 20.

Hzech. Ptal. 39. 2.

Nes longa hostili cadimur ense die. Dicit nostra Tautologia. Expectans expectavi. In gulum prefignatur iusticie, in expectationis geminata vocis. Cause iuxta leges discutende, proponuntur iudicibus; verum per tempus & tempus clauduntur in tribunalibus: unde nonnumquam expectatur expectatio; quoniam nulla vel tarda cause expeditio.

Candelarij Tibrij sub pietatis colore.

Ioseph.

Tacit.

Acrior litis vexatio non a lite, sed a iudice.

Terent.

Erafm.

Marc. 8. 21.

2 In Tiberij ingeniosa calliditate viguit huiusmodi astus, ut plus premeret afflictos. Solemne namque illi fuit (ut observat Tacitus 1. Annal. cap. 81.) numquam causas expedire; quia non expediebat crudelitati, discutere causas: igitur vel damnatus exhibat victor, modo cito damnaretur. *Victorum quoque causas* (in sic Ioseph. 18. *Antiquit.*) ideo se aiebat *serius cognoscere; ne effecti supplicio, cito levarentur malis.* Nunc dum longiores tenent, multo gravius reddi illorum infortunium: Ita cap. 8. Quid si accessissent preces? Studiosior in vexationem tyrannus. *Speciosa verbis* (subdit Tacitus, cap. 81.) *re inania aut subdola: quantoque maiore libertatis imagine agebantur; tanto erumpit ad infernus servitium.* Quae nutrebat ut pietas, prodibat ut fota iniquitas: igitur in dubia causa sententia forebatur, antequam fulminaretur: plique detentus patebatur a iudice, quam a lite: igitur in dirius ex litigio successivo vexationem, expectabat pro sententia iudicis expectationem: ditique, non senel peribat, quia nonnumquam expectatione pendebat. Querit Terentius in Phormion. Act. 2. scen. 1. a v. 44.

*Insidias fecit, ac vicit. Nostrane culpa est? An quisquam iudex est, qui velit noscere tua iustia!*

Nemo. Vivunt desides ad otium, & lucrum: & modo sint causa, quid ad illos quod sit suspensio causarum? *Vel audi, vel non sis Rex: dixit verula Philippo Amyntae.* Adi Erasim. in Apophth. lib. 8. num. 24. Debent iudices officio ligari, vel non esse: etenim non audientibus & causas procrastinantibus, actores patiuntur sub otio iudicis, quae pati debent a causis. Sub iudice: sane.

3 Quae Christus dilatione miraculi signavit incommoda, videntur perspicua in iudicium negligentia. Cum multa turba esset, nec haberent quod manducarent; telus convocatis discipulis, ait illis: *Miserere super turbam; quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent: & si dimisero eos ieiunos in domum suam, de-*

scient in via: quidam enim ex eis de longe venerunt. Litigiosa obijciuntur ingenia, exposita turba multa: etenim capitones, refractarij, dycolique frequenter litibus instant, etji pereant, neque quod manducent, habeant. Novi quendam, cui pax cum discordia, & multiplex quolibet in fenaculo causa. Pertas iudicibus, quod abigeretur, placuit, huiusmodi mulca; & brevi expedita sunt cuncta, quae ad illum spectabant negotia. Parvi pendebat causis cadere, solummodo desiderabat, adversarium non habere; ne otiosus viveret, & tempus sine contentione tereret. Exitum vidit, sed cordolio expavit: unde audax sine fronte, petijt in causis a pietate iudicum: ut saltem ulla indecisa illi relinqueretur ad solatium. Risum audientium & Auditorum movit, verum diabolicum genium in voto explicuit: etenim adeo contentio cum iurgio male respirare poterat, quod sine litibus nec respirare poterat. Numerari possunt, qui pacifici, iure cedentes, ac tribunalium ofores, qui ut quidem alius apud Terent. d. scen. 3. v. 60. dicant:

*Et si mihi facta iniuria est, veruntamen Porcius quam lites scider, aut quam te audiam; Minas quinque accipe.*

Elegit indebita citius prestare adversario quam caudico. Unde Themistocles apud Aelian. lib. 9. *Histor. var. cap. 18. Si mihi (proculit) duas vias monstraret, alteram ad infernum ducentem, alteram ad tribunal; multo libentius ingrederer eam, quae recta ad infernum tenderet.* Scultorum infinitus est numerus, quorum viget veneno vitali putridum peccus, ad inlitar ferpentium, halitum deponunt, ubi virus in nocumenta deponunt. Ita difficile, ut accinit Stroza, *Carm. 5.*

— *Eripere atris litibus implicitum. Nec illi cura, rabiosas tollere lites.* Hac de causa turba multa, dum deficit efca: equidem dycolus minime relinquet litem, quamvis nec habeat ad vescendum panem.

4 Iuxta mores litigantium contingit sepe lapsus conditio pravorum iudicum, productione causarum. Hac communis in forensibus malitia, ex qua vindemia, celestina exultantibus; quippe praeda in sinu retium, quo dedecus tribunalium & iudiciorum, protractione expeditionis causarum, in litigantium incommodus; quin habeant quod manducent, exangues, quot quot accedunt in lite decisioni iudicis: Chri-

Genio litigatore ne respiscunt quumit

Moriturus pace.

Terent.

Aelian. Litigium quam me legam!

Stroza, Pat.

Mistratio dig num, & quare?

Christusque miseretur, quibus illudit iudex subdole veterator; quippe modo habeat, quod arte manducet illes; preteremit, sicut causas, quod ceteri pereant fame. Hoc illi studium, in meditarum artificiosae questum: equidem si ex dilatione commoda, quid quod deficient in via? Floride Ovven. d. *Epigram. 1. 11.*

Ovven.

Proditio causae, lucris iudicis.

Eius mendicata pravitas.

Martial.

Lacuna.

Sarias, perniciosa concordia, quae sub lite bona causa.

*Totus enim lucro, litigijque vacas.* Ne ieiuni abeat, sollicitat Christus: eontra iudex verborum suavitate dolosus, lactans litigatores, & seducens spe iuris; ut crescant munera, causa suspensa sententia: etenim cum census magis ageatur, quod iudicium in contentione differitur; suam iudex disponit causam, ubi dimittit litigantes, ieiunos in domum suam. Ius suum unicuique dare munus est iudicium, haud fugere sanguinem litigantium: verum cum improborum tantum sit cura, aliena prorsum substantias suspensiones simulat, officiose perseverant, donec in via litigando deficient: interimque dimittunt faturos speciosis verbis, ceterum ieiunos nummis, sine ulla miseratione litem expensam, quae excusari quibant per sententia compendium: siquidem respectu aviditatis, ducitur nauci, quamvis quidam illorum venerint longe. *Ecce triduo sustinent me.* Quia triduo protracta causa prementis expeditio; pulsavit peccus ingenta misratio. Patent iudices crudeliter absque ulla miseratione perentium miserabili fame: equidem sustinent sustineri sine iudicio causarum usque annos centum. *Martial. lib. 7. Epigram. 64.*

*Ab miseris & aemulis viginti litigat annis.* 5 Atticulus in libertatem obijciatur ab Andrea Lacuna in *Europ. furiosa, g. ult. Parum (in sic) conveniebat inter duos quosdam cognatos: cum neuter alteri vellet concedere, res eo spectabat, ut iretur in ius, & iudicium sententis controversa finiretur. Adibantur advocati, parabantur dice, res erat cum iuriconsultis. Ceipit agi causa: hoc est bellum susceptum est: adiri iudices, contestata lis. At alter mature respiciens, adversarium ita alloquitur: *Incertus est litem eventus. Suscipere nobis in manu est, finire non est. De centum aureis totalis: huius summa duplum in notarios, in promotores, in advocatos, in iudices, & iudicium amicos expenditur, si legibus experiamur. His erit inserviendum, adulandum, offerendum. Interim cura, ambiendi cursumque la-**

bores: desique ut maxime vineam, plus incommodi, quam emolumentum. Nobis sapiamus. Concede dimidium de tuo, ego tantumdem de meo concedam, & molestiam fugiemus. Malo penes te sit hac pecunia, quam penes illos insatiabiles pradones. *Vicit veritas & festinavit, iratis advocatis & iudicibus, quos quasi vultures biansequo: corvos deluserant.* Utilissima cautio, maxime iudice lupo; perdere bona, ne pereant cuncta: haud parvum emolumentum, non dimitti ieiunos & famelicos in domum. Experiuntur in damnis utilitatem, fugientes litem errorem, ubi non est via, etji invitent iura Sole clariora: igitur, ut ait Nevizanus, 6. *Silo. nupt. n. 8. Qui palmam obinere credunt, sepe succumbunt: et si obtineant, computatis laboribus & expensis, nil acquirant.* Satius est semel cedere, quam sub iudice litem titulo perire: etenim litigantes patiuntur morulis iudicis, quod non patiuntur praecausis.

6 Emphaticè perspicitur ex contextu, unde Domini super expectantes miseratio. *Miserere (ait) super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me.* Te sustinet? Domine, quis sustinebit? Sustinet turba famem, quia non habent quod manducent; non Salvatorem. Quomodo igitur Salvator sustinetur? Ab illo turba famelica non dimittitur: & modo non maneret expectando dimissionem, minime turba pateretur famem. Ut audiret illum etiam de longe venerant: ibi adstantes fame peribant: dicitque se sustineri, dum sperantes opprimuntur fame; ut discat conscientia iudicum, cito consulere expeditioni causarum: etiam si ulla retinetur indecisa, molestiarum & famis iudex est causa. Ita lite pendente, sollicitudo est animi; ut nihil dignum iudicetur recordationis, respectu litem. Hi ieiuni nec sentiebant famem, ut possent audire iudicem: causamque vexationis se Christus dicit, ubi famelicus in expectatione detinet; quippe unusquisque quaereret necessarium ad vitam, ne detineretur anxie iudicis audire sententiam. Cito arbitrabantur exitum causa, sed triduo pendula, ulla longae expeditione: Christusque miraculo huiusmodi, dum praecausa fame deficere iam respexit; ut consulant vel cum dispensatio paci, qui philodoci obliuiscunt incumbunt liti: igitur ne deficient vel pereant infauste propter litigium, est necessarium singulare miraculum. *Ecce iam triduo sustinent me.* Gratia providet fovet, quorum remissioni superfedid, mi-

Neviz.

Ubi sup

Suspensio sententia, iudex molestiarum causa.

raculum exhibens, & indicans gratiam cuiusvis iudicis; dum producit vel levicula causa per tempora prorūs & temporata; igitur patrat panis prodigio; & maius miraculum, quod dimitteret post triduum. Obiter nota onus conscientie, dum voluntarie aut occiderit causa non expeditur à iudice. Unde Christus præbet escam, retinens causam; quippe iudex debet alere, si quos in causis sine causa detinet. Denique: Turba N. Assertor miseretur, ubi ab illo non in propria remittitur, expectando & expectando, quisnam à iudice causarum exitus; ex quo animorum quasi ex vulnere cruciatus, sustinendo iudicem, dicitur quàm causæ gravamen: quandoquidem digni commiseratione, qui plus patiuntur à iudice, quàm à lite.

7. Est gratia vel accipienti fastidium, modò non propra: quid si iustitia?

*Bis dat, qui dat celeriter:*

Publ. Syr.

Inquit Mimographus, n. 87. Aliter taxat Seneca, ubi supra: *Qui tarde & de die in diem extrahens profuit, non ex animo fecit. Qui aut diutius torqueri patitur, quem protinus potest liberare, aut gaudere tardius, beneficio suo manus offert.* (Tota gratia speciositas, si protrahitur, demitur; & stultè iugularur.) *Aequore animo ferunt præcidi spem suam, quàm trahi.* Facile, quæ lassa venit; nec facies opportunè optata placet, quoniam evanuit decoris, quicquid suspendit elaudicatio temporis. Abutuntur donis, qui claudis utuntur gratijs. Quid cum violentia, ubi in compedibus detinetur iustitia? Videtis apud Salomonem stultam frigiditatem. *Ne dicas amico tuo: Vade & revertere: eras dabo tibi, cum statim possis dare.* Nescit homo, quid cras erit, atque producens, beneficium amittit: igitur penitet gratiæ, moribundæ expectatione. Iudex ergo deses ut hostes proculdubio arbitratu litigantes, illudens crastinam promissione, quod hodie in placitum potest fieri: igitur nō esset aversio, minime uteretur dolo, & longissimo tempore; dum illorū reperit: *Expecta, reexpecta: manda remanda: modicum tibi, modicum tibi.* Quid est hoc, quod dicit, *Modicum*? Embolium aliquod à iudice meditatum: equidem si resolutio aliquantisper differretur, à iudice sanè vastitæ dolus strouit.

Prov. 1. 28.

8. Ut Laban posset generum retinere apud se, ex quo illi constabat utilitas, reddere conantem & prope ad sedes patrias; cùm illo pepigit pactum, ut ex gregibus utriusque resularet commodum, proficuum

emolumentum: dixitque Jacob: *Respondit mihi eras iustitia mea.* Illud re hyperbaron, iuxta Hieronymum. hic in *Traditione* hucusque à nullo liquidò expressum. Septuagintæ: *Exaudiet me eras iustitia mea:* Hæcne interrogatione per Ellipsim delibatur obscuritas, & testimonij effulgurabit claritas. Q. d. In expositione mercedis conferendæ pro labore, eras iustitia mea? Malum signum: *sed respondebit mihi eras iustitia mea:* etenim etsi detraheris mercedem, reddet abundanter Numen. Cur igitur factò propositionis iudice Labano, in pactum; iacobo videtur pessimum signum? Inducant iudicis verba. *Cras* (inquit) *iustitia tua.* Quid fieret in gratia, ubi ita consulsit de iustitia? Ius à iudice cognoscitur: causaque iusta crastinum usque producit? Cras iudicium? Signum malum: etenim nonnumquam à iudice textitur circumventionem futela, modò iudicium in crastinum differatur de iustitia. Extris cogitationem astruxit, dum decies pacto qui iudex Laban mutavit: *cap. 31. 7.* *Que sunt iustitiæ, statim decernenda; quippe quàm aliter iugulari iustitia gladio intuitus meditari à iudice; cùm iuxta iura cognoscantur vota cause: malumque signum dicitur, quando eras decisio trahitur; quoniam iudex certocertis subdole molitur fraudem, quum prorogat in iudicium iustæ cause expeditionem. Hoc soleme iudicibus pravis, qui student sibi, haud litigatorum cause. Quapropter Terentius, d. Act. 5. scen. 7. à v. 55. succinit: *Quid vos? Malum. Ergo me sic iudicium camini**

*Inepti vestra puerili sententia? Nolo, volo. Volo, nolo rursum. Cedo, cape. Quod dictum, iudicium est: Quod modo erat ratum, irritum.*

Non querunt quæ sua sunt, sed sua quòd aliena sint: igitur viso iure iudicium producit, pactumque ratum mutatur & commutatur; quia non querunt redè iustitiam in causa, sed commodum in sententia. Student muneribus, quasi iudicium munus: & modò deficiant meditata commoda; respondet haudquaquam iudex, licet respondeat iustitia. *Intelligimus* (inquit) *Cassiodorus, 9. Variar. Epist. 20.) de inopia iustitiæ, copiam venire causarum.* Ni avari iudices, alienis facultatibus hiantes, steriles essent lites: quas in sæcunditatem fovit pravus iudicantium animus; quia ex multiplici fruge multiplex census. Declinant utique ab obligationibus, incumbuntque iniquitatibus, proterentes iustitiam. Erudi-

Genef. 30. 13.

Septuagintæ Ellipsis.

Dum causa iniuste protrahitur, fucus à iudice ex truiur.

Tertio.

Cassiodorus. Unde iudicis casu sua litiur.

dimini ergo qui iudicatis terram: igitur sine iure causa nec audienda intrusa: si micat ius; & statim, sine mora expedienda.

9. Christus missus fuerat ad oves, quæ perierant ex Israël: sed femina illo iudice (ex numero & professione Gentilium) cupiebat ab illis surripere donum. Prece & importunè, ad iudicem querula accessit, interpellavit; ceterum iudex quasi non audiret: ita ut discipuli precatores illi dicerent: *Dimitte eam, quia clamat post nos.* Non formæ afflicta, sed discipulis respondit: *Non est bonum, sumere panem filiorum, & mittere canibus;* & feminam repellens, quasi clamorem non audiens: etenim cùm ad illam quæ obstabat non pertinebat, quorsum voces? Ubi legam non invenitur tenor; quid quòd clamor? Perperam vel alleclatam interventionem rogabat, quæ iustitiam non habebat: iudexque ab illa removeatur, quamvis ad illum illa afflicta & adorans proficiscitur; & quia nefas, fieri iudicium propter fucilem adorationem fœminarum: & quia ubi causa sine iure, sine lege dignetur iudex etiam intercessione, nec audire. Ego præveniat interventionem potentium primatum, in iuris atque muneris obsequium. Cùm Procoll, Q. Fulvio Flacco, defecisset Capua à Romana fide, Annibalis arte; & ut refert Valer. Maxim. lib. 3. c. 8. n. 1. Ille perfidie æstimator, & Campanorum victor, totum senatum seditionis auctorem, & perduellium originem, funditus delere decrevit. Consilium Romanis Senatoribus non placuit. Hinc quamvis cognita prodicionis gravis causa; ex Senatus consulto scriptum, quòd mitior esset sententia. Flaccus præcivit litteras superiores reverenter accepit; sed sigillatas retinuit. *In sinistra enim eas manu, sicut erant tradita, habuit: ac iusso littore (subdit idem) lego agere; tum demum aperuit, postquam illis obtinere non poterat.* Ecce prudentiæ & iustitiæ ars, ut imperio superiore haud vulneraretur lex: quidem cupio celsis supplicio, quin iudex deficeret intercessorum obsequio: ita enim disposuit articulos cause, ut nec posset ius adversum exaudire. Maior iudicij integerrimo laus ex Capua punita, quàm victoria ex Capua capta.

March. 21. 21.

Verf. 26

Causa sine iustitia nec audienda.

Quomodo urbana repellenda in senectio feminarum?

Et potentum.

Verf. 18 Marc. 7. 29.

audire dignatur; & continuo gratia annuitur? Sanè: prius erat ante iudicis Tribunal sine iure. Per fidem insignem felix acquisivit ius: illicque dicitur *Vade & fiat tibi sicut vis;* quoniam si ubi ius non est, congruit ad causam furdescere; si ius micat, & statim præstat, causam expedire. *Vade & illicò cum dono concessio: etenim si causam ex lege sequitur iustitiam causæ, iustitiæ, simulque roganti, quòd perducatur in eras. Vade.* Haud consonant iura clara, atque iudicia indecisa. Non cras venias: sic & hodie. *Vade.* Perperam cause iudicium iure producit; qui ius in causa cognoscit. *Vade:* etenim idem in probo iudice iustam cognoscere causam, atque proferre sententiam. *Vade fiat tibi sicut vis.*

*Quid opus vana consumere tempora lites? Pendet. Non dicit Salvator: Fiat tibi quod vis: sed sicut vis.* Singularis ad iudicium articulus! Non est in iudicis arbitrio sententiæ modus. Iudex sum. Volo quod vis, & sicut vis: equidem dum ius habes, & iudici in causæ decisionem accessis non est sententia in iudicis voluntate, sed in iure, cause iustificatione.

*Ne quarum denso vagentur murmur lites.*

11. At quid iudices repomicati, quæstu capito uique in intima percit? Moras circumspectione colorant, avaritiam deaurant; quasi iudicium ex abrupto non iudicium, quapropter pondus causarum librandum: igitur tribunalis dedecoratur auctoritas, ubi interfuerit temeritas: leges enim sedulo perpendi, necesse; ne integritas minuatur iudicij, quod quidem impossibile tempore brevi. Iudex igitur debet esse innocente templum, legum sacrarium, iuris præsidium, atque iustitiæ infragibile scutum. Pulcherrima & aurea verbal. Sed putrida viscera. Præsentis Terentius d. Act. 2. scen. 1. à v. 45. *Nostram ea culpa est: An iudicium? Qui sepe propter invidiam adiuvunt diviti, Aut propter misericordiam addunt & pauperi.*

*Ni nossem causam, crederem vera loqui.* Aliter Senec. d. *Pierisque autem hoc vitium est* (inquit) *ambitione pravà differendi promissa; non minor sit rogantium turba.* Aliter Cassiodorus, *Hi sunt* (ait in *Psalm. 73. 10.*) *qui causas protendant adhibiti, impediunt prætermissi, obviiscentur loquutiari. Hi sunt qui emunt lites, vendunt intercessionem, deputant arbitros, ditata convellunt, attrahunt litigatore, protrahunt audiendos, transigentisque*

Ubi enim iure causæ, promissa sententia.

Calphurne

Boleg. 7. v. 73.

Heinl.

Artes pro vi iudicij

Dreunium dicitum.

Terent.

Senec.

Cassiod.

Opprobrium.

retrahunt per Inextricabiles plicae. Totum ni fallor exa varitiae æstu, factio in commodum prorogationis iudicio: equidem producitur vel cognita iuxta causa, donec recludantur in decisionem marisapia.

AR. 24. es.

12 Perspicud videtur in causa Pauli, Felice infelice iudice. In illo nec umbram criminis, qui morti addixerant, poterunt probare testes. Felix igitur cognovit innocentiam, sed studiosè procrastinabat causam. Exitum Paulus petivit: Felix respondit: Quod nunc arinet, vade. Tempore autem opportuno accersam te. Quo pacto Vade, si revocandus opportuno tempore? Hora modò opportuna, & quia cognita sine crimine causa; & iameritò accusati emicabat innocentia. Quare igitur non exitus ex iudicio? Sperans, quid pecunia ei daretur à Paulo, Multa de causa iustificatione Felix dicebat, sed fucis, tricis, atque tragulis lactabat. Propter quod & frequenter loquebatur cum eo. Ibid. Emungere cupiebat: iustitia instabat; produciturque iustitiae atque causæ legitima declaratio; quandiu numerorum renebarur suspensio: etenim iustitia immota, pecunia clausa. Dicit idem: Quod nunc arinet; idest, ut ait Dionys. Carthasian. Quid non arinet? Quid de causa, iustitia, innocentia & religione loqui, & ita ventis fervide detonare? Aërem verberas, aures faucesque fatigas? Quid nunc arinet? Alla nunc; modò atit pecunia in lite; quid quod i nuda sit causa iustitiæ, innocentia & religione? Causam fovent sine iure cunctæ leges, si scribitur nummis.

Verf. 16

In illi iustitia immita, clausa, pecunia.

Verf. 27

13 Exitus sine exitu, iudicis pravi suffragatur studio. Quæ Felix dixit, vel non dixit Paulo? Biennio autem expleto, accepit successorem. Volens autem gratiam prestare Iudæis, Felix reliquit Paulum vinculum. Erga Paulum Iudis benevolentia haud oriebatur ex iustitia cognita; sed ex pecunie cupiditate: unde fraudatus concepto voto pecunie; in carcere iustum & innocentem reliquit, quamvis iustitiam

ex tota causa cognovit. Elegit favere inimicis, præ ira ex negatione pecuniarum largitionis: equidem cum pravi iudices haud proferant causarum iudicium, nisi propter proprium commodum; uberius invenit Felix in detestabili gratia, quam in Pauli cognita infallibili iustitia: quo quidem factum, ut inimici interventione pecunie, iudicis fuce foris enixè incumberent gratiæ. Perpendere. Festus fuce for cum venisset in Provinciam, Principes Sacerdotum, & primi Iudæorum, postulantes gratiam adversus Paulum. Quamnam gratiam? Si crimen est, quare non petant iustitiam? Ad iustitiæ iudicium non habent causam. Altus frequens corde malignis, in perciniem innocentis; ut technis & thechnis instruant acta causæ, quasi damnatio conformior legum tenentis: quod non possunt iustitiæ regulis Iuris, obtinere per gratiam favulissimi Superioris: etenim dysscoli in cuncta prorsus contra innocentem flagitia, modò obtineatur Superioris gratia. Ex petitione constat: Postulantes adversus illum damnationem. Damnatio exigitur, haud quod causa iuxta leges libretur. Petant quod placet, & obsequium prætio à legibus redemit: equidem parâ gratiâ (& maxime, si pecunia) aut aliæ leges, quam voluntas Superioris.

Illorum iudicium iuxta quædam

Cap. 25. 2.

Verf. 15 Non alig leges, quæ placita iudicis.

Cassiodor.

Lites hominibus assiduas nec.

Stob.

14 Hisce circumstantijs, & placent lites, dum sustinentur & iudices? Decet enim (subdit Cassiodor. d. Epist. 15.) ad usus bonos convertere; que voluit perveritas inimica fraudare. Quiescat igitur malignantium prava cupiditas. Quiescat, ut innocens quiescat. Pessimâ vitâ cum discordia Caro lite perpetuâ concupiscit adversus spiritum, & e contra. Iam non sit amplius neque luctus, neque clamor, nec ullus dolor; enim ex lite luctus dolor & clamor. Pravi sunt corrupti iudices, & in cruciamen litigantium ex lubito formant fulminibus leges. Unde Stobæus lib. 3. cap. 27. succinit: Aere patrocini vendit, producere causas, Et lites pendere diu.



TAU

# TAUTOLOGIA SEXTA.

DEUS SEDET SUPER SEDEM SANCTAM suam. Psalm. 46. v. 9.

## EXPOSITIO LITERÆ.

**D**E Dei regno, gloria ac maiestate loquitur Psalmographus, quòd quidem frequenter portentum per sedem, ut fuscè videbimus tam infacris, quam in profanis: qua de causa usque hodie viguit sella potestatis, supereminenciaque signum: de quo latè Iul. Cæsar Bulenger. lib. 2. de Imperator. Rom. cap. 29. Coripp. lib. 3. accinit. Nobilitat medios sedes Angusta penetet, Immortale capus, soliumque sedentis obumbrat; Ornatum gemmis, auroque ostroque superbum.

Sella potestatis ac maiestatis signum.

Corippi

Throni in sella infingunt.

Athena.

In qualibet natione thronus ex pretiosa, affabre formata: Describitur sicine maiestas Salomonis, 3. Reg. 11. à 18. Materiam superabat opus, ita ut v. 20. dicatur: Non est factum tale opus in universis regnis. De Alexandri Magni throno & sella, diximus ex Elian. lib. 9. Var. histor. cap. 2. Tom. 6. T. 11. n. 31. Inter Persas huiusmodi ostentatio usque in vesaniam, ut videlicet apud Cedrenum formam throni selæque regie Coldroz, ann. 13. Heratij Imp. pag. 168. Idem Lyran. in 12. Apostol. v. 9. Plura alia superbiæ atque fastus signa omittimus, apud Plutarch. in Phocion. Procop. lib. 1. Persar. Polyan. lib. 4. Stratagem. Æl. Lampid. in Helio gal. & Sueton. in Cæsar. cap. 76. sicut in Neron. cap. 12. videnda; sed præterire non possumus, quod refert Athen. lib. 12. n. 70. ubi: Platano aureas, & auream vitem, sub qua Reges Persarum negotia tractabant sape sedentes, habentem vitas à smaragdo, ornatum Indiciis carbunculis, & alijs omne genus lapillis magnificentia superantibus. His ergo venerationis insignijs saepe intatubantur Reges: quod visum in Xerxe, de quo in Themist. Plutarch. Salaminium prælium spectavit sub aurea umbella in sella aurea. O quantum est in rebus inane!

2 Sedere vel casu in regia sella capitale fuit. Curt. 8. d. Histor. Alexandr. cap. 14 quòd plura congerunt Ioan. Freinshem. & Nicol. Blancard. Pledebatur incogitamen, ut assensus incuteret audaci cordi formidinem: igitur cum sedes illa insignie dignitatis; alium in illa federe, dedecus cogitabatur fedentis. Sat signum Principis videbatur, ut à cunctis subditis amicitius coleretur. Hinc quia Moyles Hebræis dixit Deuter. 4. 15. Non vidistis aliquam similitudinem, in die qua locutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis; placuit nonnullis Rabbistorum, vidisse tantum sedem maiestatis eius, nubem scilicet splendidam, & sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi calum, cum serenum est: Exod. 24. 10. Quapropter dum dicitur de Moyse, Aaron, huius filijs, & septuaginta senioribus: Viderunt Deum Israel: Septuaginta Interpret. legunt: Viderunt locum, ubi stetit Deus Israel. Chald. Viderunt gloriam Dei Israel: hoc est, sedem, qua maiestate sedit post sedas pactum. Ethnici etiam in commendationem maiestatis Numinum, dumtaxat signabant sedem & thronum: Magnæque Matris prænotioni designarunt sedes vacuas, ut per illas tantæ Divum innosceret auctoritas. Sed vacua circa illam posita: ait Chartar. de Imagin. Deor. pag. 141. Auctoramen etiam signant in Constellationibus Astrologi: etenim quia Cassiopeia stellis ab illis pingitur, seu potius fingitur imagine femine sedentis; ab Arabibus & Hebræis, non dicitur Cassiopeia, sed Mulier sedens super sedem. Pallas ipsa sedes: & à Græcis Thronos. Adi Kirch. Tom. 2. OEcip. Copi. p. 2. Class. 7. Mathem. Hieroglyph. cap. 6. Geminazione itaque exprimitur excellentia solij, aut præcellencia in illo imperio sedentis. Ibid. cap. 7.

Sedes Dei, pro throno magnifico.

Chartar. Sedes vacue in circuitu sedis Magnæ Matris.